Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Synodvs Nicæna II. Generalis. Sub Hadriano papa I. anno DCCLXXXVII.

Parisiis, 1644

Sancti Athanasii ex sermone quarto contra Arianos: cuius initium est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15473

Visual Library

Anno Christi 787.

κατέκριναν, ἵνα ἀναγνῶμεν αὐτὰς ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ.

Ἡ ἁγία σύνοδος εἶπε· καὶ δέον ἦν δέσποτα ἀναγνωσθῆναι αὐτάς. εἰς γὰρ ὠφέλειαν πάντων ἡμῶν παρήχθησαν.

Πέτρος ὁ εὐλαβέστατος ἀναγνώστης καὶ νοτάριος τοῦ εὐαγοῦς πατριαρχείου ἀνέγνω.

Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τοῦ κατὰ Ἀρειανῶν λόγου τετάρτου, οὗ ἡ ἀρχή.

Οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ἔοικε, κρίναντες ἅπαξ ἀποστάται γενέσθαι. καὶ μεθ' ἕτερα. τοῦτο καὶ ἀπὸ τοῦ παραδείγματος τῆς εἰκόνος τοῦ βασιλέως προσεχέστερόν τις κατανοεῖν δυνήσεται. ἐν γὰρ τῇ εἰκόνι τοῦ βασιλέως τὸ εἶδος καὶ ἡ μορφή ἐστι· καὶ ἐν τῷ βασιλεῖ δὲ τὸ ἐν τῇ εἰκόνι εἶδός ἐστιν. ἀπαράλλακτος δέ ἐστιν ἡ ἐν τῇ εἰκόνι τοῦ βασιλέως ὁμοιότης· ὥστε τὸν ἐνορῶντα τὴν εἰκόνα, ὁρᾶν ἐν αὐτῇ τὸν βασιλέα· καὶ πάλιν τὸν ὁρῶντα τὸν βασιλέα, ἐπιγινώσκειν ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἐν τῇ εἰκόνι. ἐκ δὲ τοῦ μὴ διαλλάττειν τὴν ὁμοιότητα, τῷ θέλοντι μετὰ τὴν εἰκόνα θεωρῆσαι τὸν βασιλέα εἴποι ἂν ἡ εἰκών· ἐγὼ καὶ ὁ βασιλεὺς ἕν ἐσμεν. ἐγὼ γὰρ ἐν ἐκείνῳ εἰμὶ, κἀκεῖνος ἐν ἐμοί· καὶ ὃ ὁρᾷς ἐν ἐμοὶ, τοῦτο ἐν ἐκείνῳ βλέπεις· καὶ ὃ ἑώρακας ἐν ἐκείνῳ, τοῦτο βλέπεις ἐν ἐμοί. ὁ γοῦν προσκυνῶν τὴν εἰκόνα, ἐν αὐτῇ προσκυνεῖ τὸν βασιλέα· ἡ γὰρ ἐκείνου μορφὴ καὶ τὸ εἶδός ἐστιν ἡ εἰκών.

Ταράσιος ὁ ἁγιώτατος πατριάρχης εἶπεν· αὐτὴ ἡ φύσις τῶν πραγμάτων διδάσκει, ὅτι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει· ὡσαύτως δὲ καὶ ἡ ἀτιμία. ὁ δὲ πατὴρ νῦν ἐπὶ ὑποδείγματος ἔλαβε τὰ ἀναγνωσθέντα.

runt nos, vt legeremus illos in ſancta Synodo.

Sancta Synodus dixit: Et oportebat illos, domine, legi. ad vtilitatem enim omnium noſtrum allati ſunt.

Petrus reuerendiſſimus lector ac notarius venerabilis patriarchii legit.

Sancti Athanaſii ex ſermone quarto contra Arianos: cuius initium eſt.

Ariani, vt apparet, ſemel iudicauerunt præuaricatores fieri. Et poſt alia. Hoc & a paradigmate imaginis imperatoris attentius quis conſiderare poterit. In imagine quippe imperatoris ſpecies & forma eſt: in imperatore vero eadem quæ in imagine ſpecies eſt. Parilis autem eſt in imagine imperatoris ſimilitudo: ita vt qui videat imaginem, in ea imperatorem cernat: & rurſus qui viderit imperatorem, cognoſcat quod hic ſit, qui in imagine eſt. De eo vero, quia non mutetur ſimilitudo, volenti * præ imagine videre imperatorem, imago dixerit: Ego & imperator vnum ſumus. Ego enim in illo ſum, & ille in me. Et quod aſpicis in me, id & in illo vides: & quod intuitus es in illo, hoc vides in me. Qui ergo adorat imaginem, in ipſa adorat imperatorem. Illius enim forma & ſpecies eſt imago.

* Gr. poſt imaginem

Taraſius ſanctiſſimus patriarcha dixit: Ipſa rerum natura docet, quia imaginis honor ad principale refertur: ſimiliter autem & inhonorantia. Pater autem nunc in exemplum ſumpſit quæ lecta ſunt.

Epiphanius Deo amabilis diaconus eccleſiæ Catanæ, & locum retinens Thomæ reuerendiſſimi epiſcopi Sardiniæ, dixit: Paradigmata in manifeſtis accipiuntur, quemadmodum & deiloquus pater imperatoris imaginem.

Niceta reuerendiſſimus diaconus & notarius legit.

Sancti Baſilii de XXX. *capitulis ad Amphilochium ſcriptis de ſancto Spiritu, capitulo* XVII.

Quia rex dicitur & regis imago, & non ſunt duo reges. Nam neque imperium ſcinditur, neque gloria diuiditur. Sicut enim principatus noſter, qui nobis imperat, & poteſtas vna eſt, & * non multæ, eo quod imaginis honor ad primitiuum tranſeat.

* *Gr. addit.* ita & laus quæ a nobis datur, vna eſt &

Ioannes reuerendiſſimus preſbyter & locum retinens orientalium ſummorum ſacerdotum, dixit: Librum hunc quem præ manibus habemus, nobiſcum detulimus ab oriente: & poſcimus recitari.

Conſtantinus reuerendiſſimus diaconus & notarius legit.

Sancti Baſilii ex ſermone contra Sabellianos, & Arianos, & Anomœos, id eſt, diſſimiles: cuius initium eſt.

Impugnat Iudaiſmus paganiſmum, & vterque Chriſtianiſmum. Et poſt alia. Sed veritatis ratio vtrimque aduerſantia refugit. Vbi enim vnus eſt * principatus, & vnum quod ex eo eſt; & vnum quidem eſt prin-

* *Gr.* vnum principium,

Ἐπιφάνιος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος τῆς ἐκκλησίας Κατάνης, καὶ τὸν τόπον ἐπέχων Θωμᾶ τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Σαρδινίας, εἶπε· τὰ παραδείγματα ἐπὶ τῶν ὁμολογουμένων λαμβάνονται, οἷάπερ καὶ ὁ θεηγόρος οὗτος πατὴρ τὴν τοῦ βασιλέως εἰκόνα.

Νικήτας ὁ εὐλαβέστατος διάκονος καὶ νοτάριος ἀνέγνω.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τῶν πρὸς Ἀμφιλόχιον τριάκοντα κεφαλαίων περὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἀπὸ κεφαλαίου ιζ.

Ὅτι βασιλεὺς λέγεται καὶ ἡ τοῦ βασιλέως εἰκὼν, καὶ οὐ δύο βασιλεῖς. οὔτε γὰρ τὸ κράτος σχίζεται, οὔτε ἡ δόξα μερίζεται. ὡς γὰρ ἡ κρατοῦσα ἡμῶν ἀρχὴ καὶ ἐξουσία μία, οὕτως καὶ ἡ παρ' ἡμῶν δοξολογία μία, καὶ οὐ πολλαί· διότι ἡ τῆς εἰκόνος τιμὴ ἐπὶ τὸ πρωτότυπον διαβαίνει.

Ἰωάννης ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος καὶ τὸν τόπον ἐπέχων τῶν ἀνατολικῶν ἀρχιερέων, εἶπε· τὴν βίβλον ταύτην, ἣν ἐπὶ χεῖρας ἔχομεν, μεθ' ἡμῶν ἠγάγομεν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς· καὶ ἀξιοῦμεν ἀναγνωσθῆναι.

Κωνσταντῖνος ὁ θεοφιλέστατος διάκονος καὶ νοτάριος ἀνέγνω.

Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τοῦ λόγου τοῦ κατὰ Σαβελλιανῶν, καὶ Ἀρείου, καὶ τῶν Ἀνομοίων· οὗ ἡ ἀρχή.

Μάχεται Ἰουδαϊσμὸς ἑλληνισμῷ, καὶ ἀμφότεροι Χριστιανισμῷ. καὶ μεθ' ἕτερα. ἀλλ' ὁ τῆς ἀληθείας λόγος ἑκατέρωθεν τὰ ἐναντιώματα διαπέφευγεν. ὅπου γὰρ μία μὲν ἡ ἀρχὴ, ἓν δὲ τὸ ἐξ αὐτῆς· καὶ ἓν μὲν τὸ ἀρχέτυπον,